 

258

Valdesius Caroli V. imperatoris Hispaniaeque regis secretarius, Joanni Dantisco.

Salutem. Abegimus Pratenz, iam mihi pauluzlum respirare licet, nam his totis diebus ne respirari quidem. Cum mihi epistolium simul cum epigrammate, tuum reddit Suares, sedebam in prandio cum cancellario. Cum epistolium lego in quo mones ut epigramma boni consulam, obstupui, quasi nescires, nihil me posse non boni consulere, quod ex te proficiscatur. Cum autem ad epigramma venio, vix (: ita me Deus adiuvet:) à risu temperare potui, ubi vidi me ex Valdesio Lalemantum effectum, cui os et clauditur et reseratur officiis. Vale.

Mitto literas caesaris ad te, aliae autem pro tuo Barrenz nondum subscriptae sunt à caesare. Item Vale.

Tuus Valdesius.